

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

III

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

& plūbo testatur inscriptio, quā, sub plus septuagenario id loci Lutheranismo, in fracto altari, cum alijs Reliquijs anno M. DC. XV. XII. die Mensis Octobris, Diuino beneficio reperit postliminiō Parochus Catholicus cum Religione sub idem tempus introductus. Eādem porrò Reliquiæ cum quibusdam alijs, de SS. Martynibus Achatio, Sulpitio & Aurelia, deque S. Wolfgango à Reuerendissimo & illustrissimo Principe, ac Domino Ioanne Christophoro Episcopo Eistetteni anno reparatæ salutis M. DC. XVIII. XXI. Maij, supplicatione inditâ comitantibus Serenissimis Principibus Populōque Neoburgensi, Feriâ secundâ Rogationum in hoc templum S. Crucis & Omníum SS. delatae sunt: Qui benedicti in æternum & vtrā.

## MAIVS.

## III

**S.** ANFRIDVS ortus illustri Cliviorum DVCVM sanguine, in Episcopum XVIII. Ultraiectina Ecclesiae, miro omnium consensu eligitur. Morum sanctitate, in primisque in DEVM ac SUPEROS Religione, se familiamque suam illustrans, eius studium ut augeret, nobilissimum.

M 3

Amers-

*Amersfordiense Cœnobium ære suo liberaliter extruxit munificentissimeque fundavit; aliisque per Diœcesim suam Virginibus asceteria si non condidit, at certè sacravit; ouiculas sibi commissas identidem monens, ut pro peccatorum freno, metum Gehennæ cordi suo continuò inscriberent, & ad divini judicij perpendiculum omnia librarent: quâ & ipse unâ gradiens, ac de virtute in virtutem ambulans *sandi* nomen decusque obtinuit, & multis ad sepulchrum ( quod in Ecclesia Amersfordiensis sibi vivus statuerat ) miraculis inclaruit. Quæ hæresi isthic grassante deleta quia me latent, de ijs hic vel invitus tacere cogor, Divinæ prvidentiæ consilijs demissè ac patienter omnia committens. Ex Chron. Ultraiect. & Bucellino.*

## X,

*E*SSENDIA Provinciae istius Caput Festo cultus prosequitur SS. COSMAM & DAMIANVM Martires, quorum gladius istic sanguine rubens inter rara Lipsana monstratur. Ex Ann. Perarij & sacro istius Ecclesiæ jndice.

## XI.

*H*EINSBERGA Iulie non ignobile monum-  
mentum, magnum CHRISTI Athletam GAN-

GULPHUM